



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

380

J 24

~~380~~

J24

380
J 24


JOANNIS ARNDII,
Dantiscani,
SPECIMEN,
DE
HUGONE GROTIO

COMMMENTATORIBUS
JURIS BELLI & PACIS

ALIUSQUE

Immerito vapulante.

Koninklijke
Bibliotheek
te 's Hage.



IN ALMA ROSARUM.

ANNO MDCCXII.

CIVIS NICOLAI SCHWIEGEROVII, Amplissimi
Senatus Typographi.

INCLYTÆ REPUBLICÆ DANTISCANÆ
MODERATORIBUS,
Per - Illustri DOMINO
BURGGRAVIO
REGIO,

*Generosissimis, Per-Magnificis maxi-
meque Strenuis*

D O M I N I S
PRÆSIDI,
PRÆCONSULIBUS
CETERIS
CONSULIBUS
ac
SYNDICIS,
PATRIBUS PATRIÆ

Optimis, Prudentissimis,

Dominis, Patronis, Mecenatibus suis,


hoc
observantiaæ suæ devotique cultus monumentum

statuit

JOANNES ARND.

PER-MAGNIFICI DOMINI.

OLIVAE REDEMPTORIS
OLDESSA



Vid contingere mihi potuit
incundius, bac et aspergim, qua debitam
hobis pistatem quadam tenus explicare
rem. Dabo enim tantum Vestris be
neficiis, quantum Domino clementissi
mo ciuii, devinclusque cliens muni
ficentissimo Patrono. Vos in Patria,
vobis suauissimum nomen! admodum
bernaculis pulchrae salutis, mea finali prospectatis. Ex Votra
liberalitate possidebo, quibus subcifima mea etas, in illustri
Patria Atheneo, imbuta est. Immo etiam in exteris usque
oras, beneficentia me prosequinnisi. Redenda igitur Vo
bis, MECENATES, facili & studiorum meorum rationes,
quibus quoddammodo probem, non plane indigno, beneficia
tanta esse collata. Fateror, ne quid dissimulem, Athenas me,
pro tempore, reliquisse: sed una cum ipsis, inanem discur
sum multumque ineptos labores, que vita urbane solent ad
ducere. Contra, Tusculanam aliquod, seu Laurentinum me
possidet, ubi otium minime otiosum, sed dulce honestumque
ac pene omni negotio pulchrius me adscit, perficit, reficit;
quid

quid maxime dubitom. In hoc enim experior, non Dianam
magis, quam Mineruam montibus inerrare. In hoc litoris
elegantioribus exercent immo erudiunt me pectora gener-
sa. In hoc etiam Grotius immerito vapulans primam lucem
adspexit. Hunc itaque Vobis, multa doctrina experimen-
tisque eruditis reuerenter, ut par est exhibeo. Quippe con-
sultum existimasi, Grotio, viro optimo literisque & meritis
facile maximo, sufficientes feligere simillimos; Vel injuria
infecto, aequissimos constitutere iudices, quibus, non minus
quam sibi, notus esset. Videbor autem mihi famam eodam
mei consecutus, si benigna serenaque fronte, eundem ad Vos
deproperantem, in animum admireritis. Conatus interim
meos, existimationi de me Vestrae vix, ac ne vix quidem,
tesponsuros, equi tamen bonique consulatis, est, quod etiam
rogo atque etiam. Denique solennia vota pro incolumitate
Vestra, qua publica Populi Danicani salus continetur, &
suscipio pariter & solao; precatus DEum. Optimum Maxi-
mum, velut presidio suo Vestris clementer adesse consiliis, va-
nauiculam publicae rei, nunc praesertim, quum in turbato &
sibi quasi irato mari ejusdem stridunt funes, curvatur
arbor, gubernacula gemunt, ad exoptatum portum quam
occyssime deducatis. Sic Vos DEO proximos dicent
cuncti; sic ad exemplum posteritatis ibit fama
Vestra, felicitas crescat sine
exemplo.

Dabam
In Schulenburgo Mecklenburgico
Anno MDCCXII.
Calendis Januarii.

(X 3)

L.B.

A Primis fere nascientis seculi incunabulis, ea fuit mortaliū indoles, ut gloriam audiſſime ſeſtarentur immortalem. Sunt muleis, hoc etiam aeo, Spiritus pariter generoſi. Erunt olim quoque, qui morre ſua mortalitatem maluerint, quam vitam finire. Alii are ac lapi- dibus effecerunt, ut, poſtquam ab oculis receſſere, in memoria hominum & ſermonē latius verſarentur. Idem alii ingenii ſui monumentis, que po- ſteritati reliquerunt, ſunt conſecuti. Hos inter Hugo Grotius locum tenet minime paſtrenum, maſtice, ſi ejusdem, de bellis & paci jure, libnos ſpocys. Quippe in his aequi magnoque iudicio omnia fere juris natura- lia, capias ab origine cauſisque primis reperitur, diſcretus, expedit, ita, ut pene nihil, quod in hoc doctrine genere diſcere velis, ſuperſit, quod ille do- cere non poſſit. Aeternam itaque gloriam magis, quam queſuit, meruit. Proinde etiam plurimi, quos aequus amauit, intermittere non potuerunt, quin Grotium, quoad vixit completerentur, ex ocularentur, & poſt fata certatim laude cumularentur. Verum alii alter viſum. Sunt, qui in non- nullis lima indigere Grotium modeſtissime arbitrantur & ut verum fatear, ſapientiſſime. Titubante enim pede aliquoties inceſſi. Viam minus eri- tam ad ſublimia & plerumque aſcipitia conſcendit, in qua etiam Argue aliquid, vertigine correptus, non minus, quam in laui ac lubrico pauien- te, infans, fallente peſiglio, cadere poſteſt. Veriſime ſimul & facetißime Plinius Secundus, alii inquit, & excelsis plerumque adjacent abrupta; tuteſ quidem per plana, ſed humilius & depreſſius iter: frequenter cur- rentibus, quam reptantibus lapsus, ſed hiſ non labentibus nulla laus, illie non nullā laus, etiamſi labantur. Obtrētatores igitur Grotii mihi uiden- tur iſti ſimiles, qui per ſuam in ſumma niceſſes, ſi quod ammodo aberrent, reprobendere quidem norunt, non imitari. Eorum denique, qui Grotium emendare ſunt annis, conatus laudo, num uero hiſ effeſtus qua ſingula responderit, praefens ſpecimen demonſtrabit. Inuenies hic, & quidem hac vice qua primam tantum frontem, Grotii picturam, qua ille tam ſcire tam faberrime Jurisprudentiam Uniuersalem delineauit, ut nullus fit poſt bunc Apellem, qui, hanc tabulam ſe abſoluere poſſe, conſidat. Adjunt ſimul, ut lux in iſta tanto magis emineat, que picturis adiungent, ombra. O- culis omnium hanc imaginem expoſo, juſdient ſinguli, ſed de arte non niſi artifex, nec ſutor ultra crepidam!



JEHOUAH AUXILIANTE!
CAPUT PRIUS.

De

Oppugnatoribus librorum Grotianorum
generatim.

SUMMARIA.

§. 1. **D**illa Grotius fata, nec molliora ejusdem scripta senserunt.
§. 2. Quod non de sacris in quibus suspectus §. 3. A
multis merito vapulauit §. 4. Sed de philosophicis jam est intelli-
gendum. §. 5. Merito quidem & in his, propter admixta theolo-
gica est reprehendendus §. 6. quemadmodum amatores ejusdem quo-
que fatentur §. 7. veruntamen juxta illa, non simul moralia sunt
proscribenda §. 8. ut a purpuratis Romanensibus factum §. 9. quo-
rum exemplum alii sed aliis modis sunt imitati. §. 10. Quo ipso
commune literatorum fatum Grotius sensit nempe acerrimas mul-
torum censuras. §. 11. Mox enim contemnitur mox refutatur §. 12.
Salmasius aliquem promisit demonstraturum tot errata, quot sunt
paginae in Grotii libris. §. 13. Conantur fere Ofiandor & Faldenus
promissum hoc implere. §. 14. Ille laudandus sed non ubique §. 15.
de ejusdem observationibus diuersimode judicant Morbosius, Becma-
nus, Buddeus, Vitriarius §. 16. Faldeni annoqata Graswinkelius re-
futauit §. 17. Quid in genere de Commentatoribus Grotii sit baben-
dum, iudicavit Vitriarius. §. 18. Integer denique tractatus de
Grotio immerito vapulante promittitur.

A 2

§. 1. Dura

§. I.



Ura omnino, quoad vixit, Hugo Grotius fata sensit, (a) sed nequaquam molliora sustinuerunt, quæ cum seculo eruditio communicavit ingenti monumeta. Quippe hæc, quotni & quam acerbas sæpe censuras? quantas inuidiæ tempestates subierunt?

§. 2. Nihil nunc dicam de istis, in quibus sacra proposuit, quia in his facillimum ei fuit labi, qui in fide diuina aperte. (b) pedem nullibi certum fixit illorumque auxit numerum, *ex omnibus qui religionibus mixturam* *admittentes conciliationem intendunt* dī, dīa πασῶν *discrepantium opinionum.* (c)

§. 3. Quapropter nec miror limam, quam iisdem seculo superiori in Collegio anti-Grotiano Abrahamus Calouius (d) addidit: nec Samuelis Maresii, Petri Molinæi, Henrici Mori, aliorumque, penitus improbo conatus, quibus errores eorundem oppugnarunt.

§. 4. Verum de iis saltem libris in præsentiarum mibi erit sermo, quibus juxta *axeis* Philosophicam Jus Naturæ, circa belli pacisque negotia occupatum, pertractavit.

§. 5.

(a) *Vt ex vita ejus recensione operibus Theologicis præfixa constat.* Add. Henningii Witten. Memor. Phil. T. I. Decad. IV. p. 554. sqq. Adolphi Clarmundi. *Vit. Clar. Virorum P. III.* *Vit. XII.* p. 104. sqq. *Dictionnaire Historique & Critique par Mons. Bayle T. I.* p. 1307. & *Observ. Hallens.* T. VII. obs. 15. p. 329. - 350. (b) Confer initium sententia contra Grotium *Hage Comitum late ap. Osiandrum in prolegom.* *Observationum ad Grot.* J. B. & P. p. 3. jung. p. 24. (c) *Teste Illustr.* Jo. Frid. Reinbardo in *Theatro Prud. Eleg.* p. 1010. Not. 3. (d) *in quo, Witteberge olim habita, Grotium multis disputationi-*

LIBRORUM GROTIANORUM GENERATIM.

§. 5. Hos dum curatus perueluo, inficias ire non possum, in iis quoque Grotium infeliciter fere toutes fuisse versatum, qvoties sacra attigit. Quippe mox Christum nouum fecit legislatorem; vel legem Christianam aut Euangelicam finxit; (e) mox verbum Paulinum (f) πίστεως non de fide, sed de judicio mentis solidō, contra orthodoxæ antiquitatis librorumque nostrorum symbolicorum morem, (g) est interpretatus; (h) mox alia minus congrua adduxit, propter quæ rursus sanctioris disciplinæ præfectis merito pœnas persoluit. (i)

§. 6. Quo etiam respectu ii, qui Grotiana alias Φιλοσοφία maximi faciunt: Jo. Henr. Boëclerus; (k) Samuel. Pufendorfius, (l) Jo. Georg. de Kulpis (m) & Jo. Franc. Buddeus (n) Theologiam ejus deplorant aperenteque fatentur; Grotium se erroribus implicuisse nobilissimoque suo operi non exiguam aspersisse labem S. literarum allegationibus, quibus passim a receptis orthodoxæ Ecclesiæ sententiis abit diuersus.

§. 7. Verum quicquid illorum sit, Moralis tamen Grotii Philosophia, quam libris istis pertractauit,

A 3 non

bus refutavit. add. ejusdem Biblia Illustrata passim. (e)
Jure Bell. & Pac. L. I. C. 2 §. 6. n. 2. 3. sqq. (f) in Epist. ad Rom. XIV. 23. (g) Demonstrante Ofiandro Obseru. ad loc. Grot. mox citandum p. 1231. sqq. (h) J. B. & P. L. II. C. 23. S. 2. n. 1. (i) Inprimis Ofiandro qui Grotium mox Phorinianis, mox aliis non melioris farina adbasisse probat l. c. p. 365. sq. 371. sq. 386. sq. &c. (k) in Prefat. Comment. ad Grot. p. 19. (l) in Prefat. prima J. N. G. p. 2. (m) in Prefat. I. Colleg. Grotiani ad J. B. & P. p. 3. & Exercit. 1. ad proleg. Grot. tb. 9. annot. f. ubi quatuor grauiorēs errores, quibus totum fere opus perpetuo deformare dicitur Grotius, annotantur. (n) In Hist. Jur. Nat. Selectis ejusdem premissa §. 22. & 24. p. 30. & 32.

non debet simul damnari. Hinc nequaquam laudo eos, qui in id omnes intenderunt neruos, ut istam explodent manibusque eruditorum extorquerent. De quibus jam aliquanto liberius dicam.

§. 8. Grotio nimirum adhuc superstite, decreto quodam publico ejusdem libri, circa annum MDCXXVII. (o) Pridie Nonas Februarias Romæ in exilium conjiciebantur prohibitorum numero accensiti. (p) Quanquam illæ artes neminem a lectione illorum arcere potuerunt, quia suffragiis rectius judicantium sat is erat evictum, libros istos acerbissimam tunc tyrannidem sustinuisse. Immo, si orbis literatus ab iis semper inanum abstineret, quos purpurati Romanæ con-gregationis patres e Reipublicæ Literariæ confinio pro-scripsérunt, multis bonæ monetæ libris jam careret. Quippe quemadmodum purpura, colorum pulcherri-mus, irritare tauros solet, sic accuratissima utilissima que scribendi ratio eorum, qui, vel auram gratiæ Christi, fauonio Vaticani cœli antepomunt; vel plus judicio solidiori, quam superstitioni tribuunt, papales illos cen-sores rapit in transversum, ut carpant non carpenda, damnent non damnanda. (q)

§. 9. Interim multis publica ista injuria non-dum

(o) Errauit igitur in Hist. J. N. Buddeana §. 24. p. 32. typogra-phus annum XXXVII. pónendo, auctorem enim accuratissi-mum ipsa textus connexio chronologica vindicat. (p) in In-dice Expurgatorio Francisci Magdaleni. Quanquam ipsi Ro-manæ Ecclesiæ Doctores idem factum mirentur, teste Bæclero in Praef. Com. (q) Fere bac ratione Thomas Lansius est conques-tus Consultationis sue proscriptionem Roma factam. vid. ejus-dem Consult. Praefat. Imo & Pufendorfius in Specim. Contro-vers. C, I. §. 7. p. 175. Erid. Scand. edit. Hert. testatur suum de Jure N. & G. opus eadem a Jesuitis Viennensis fuisse expertū

LIBRORUM GROTIANORUM GENERATIM.

dum suffecit, præcipue iis, quibus librorum Grotianorum dignitas magis magisque postmodum exsplendescens, fudes fuit in oculis. Hinc temporibus infuscatis plurimi calarum stringere immerito, vel dentes saltem acuerre contra Philosophiam iis contentam non erubuerunt,

§. 10. Nec mirum. Quippe antiqua est ista eruditorum sors, qui prius inuentis aliquid addere, aut politeram adhibere sunt aggressi, ut primum fere bunc laboris sui fructum percipient, varia variorum judicia incurere; ac sepe malevolorum, aut sciolorum dentem laspare. Scholastica cumprimis ingenia, quibus morbis agitentur, quis est, qui ignoret? Inuidere alterius fama, arreptam semel opinionem mordicus defendere, carpendis aliis auctoritatem sibi conciliatum ire, clarorum virorum inimicitiis inclarescere velle, intemperie litigandi laborare, velut epidemica isti ordini labes semper fuit.

(r) Solam igitur Moralem Philosophiam si spectaueris, cognosces, contra excellentissimos istiusdem interpres integrum ineptissimorum sœpè antagonistarum, exercitum insurrexisse. Et, ut specialius dicam, quemadmodum Hieronymo Cardano, acerrimus avare^eris, (s) Julius Cæsar Scaliger extitit, in multis certe injuriis; (t) ita ejusdem farinæ plures Grotius est expertus. I-

mo

(r) Sic Epistolam suam ad Jo. Ad. Scherzerum orditur Pufendorff, proprio exemplo edocetus, in Erid. Scand. pag. 54. edit. Hert. Et de his vitiis specialiter differuerunt Fritschius de Vitiis literatorum & Spizelius de infelice literato. Add. Reinhardus Theatr. Prud. Eleg. p. 46. sq. (s) Sic dictus a Schillingio referente Tobia Magiro in Eponymologio Critico p. 731. Buddeus in Hist. Phil. C. VI. S. 12. Scaligeram hostem Cardani acerrimum appellavit. Talem se etiam gessisse illum ocularis scriptorum Cardano oppositorum inspectio comprobat. (t) Juxta Dan. Georg. Morkof. Polyhist. T. II. l. 2. c. 2. §. 11.

CAP. I. DE OPPUGNATORIBUS

mo prout Quintilianus de Scholaisticis , neminem , inquit , (v) inter illos fuisse , qui non sibi persuaserit , se ante Ciceronem numerari debere : similiter aliqui ex Tarraceno Grotii jam fuere , quorum nullus eidem voluit polponi . (x)

§. 11. Quis autem istos omnes numerabit , qui illius doctrinam , post obitum ejusdem , atro notare lapillo operæ suæ pretium constituerunt ? Alii etenim , qui ob vnum alterumue næuum , totius corporis pulchritudinem despicere solent , abjecte sentire & loqui de opere Grotiano asfueuerunt . (y) Alii , oppositis ei annotatis & obseruationibus , errores plus æquo & justo cumulatos , temere in lucem publicam protraxerunt . Et quidni tentarunt alii ?

§. 12. Inde forte Claudius Salmasius suo seculo gratulari videbatur eximium , *xad avlqegorw* , ingenium Achillei cuiusdam , contra Grotium insurgentis , antesignatai , qui in Alma Julia professus fit , se ostensurum esse , nullam , librorum de Jure B & P. , paginam insighibus vacare erratis . (z)

§. 13. Et sane , si eos , qui hos in libros quædam sunt commentati , (aa) perlustramus , duos præ aliis inueni-

(v) Eod. referente l. c. T. I. l. 1. c. 23. §. 18. (x) quod suo exemplo præ cœteris Joan. Seldenus probat , qui Grotii emularione incensus , opus suum de J. N. & G. juxta Disc. Ebr. creditur conscripsisse conf. Idem Morbof. l. c. T. III. L. 6. S. 1. §. 6. & Budd. Hist. J. N. S. 25. (y) de quibus conqueritur Kulpinus Pref. 1. Coll. Grot. p. 4. & Jo. Nic. Hertius Dissert. de Jurispr. Vniuers. Sect. 1. §. 35. T. I. Opuscul. p. 74. (z) in Epistola ad Claudium Sarrnium , quam Thomas Crenius inseruit suis Animaduers. Philol. Hist. T. I. c. 2. §. 5. pag. 23. sqq. (aa) Quos recenset Burchard. Gottbelfff Seruuius in Bibliothec. Juridic. C. 3. §. 4. & C. 12. §. 4. sqq. & in Bibliothec. Phil. C. VIII. §. 2. - 5.

uenimus, qui omni conamine id, quod Salmasius scripsit commonstrare allaborarunt. Alter Theologus quondam Tubingensium, haud infimæ classis, Johannes Adamus Osiander; alter Joannes a Felde, Juris pariter ac Mathezeos callentissimus.

§. 14 Ille quidem, ob sedulum accuratumque facrorum, quæ Grotius attigit, examen, sua nunquam laude est defraudandus, qva alii eundem jure mactarunt. (bb) Interim in reliqvis, qvæ sobriam Philosophiam moralem spectant, non solum sæpiuscule Ziegleri vtitur argumentis, (cc) sed quoque acerbus subinde fuit, ac talia e Scholasticorum triuīs, contra Grotium adhibuit, de qvibus verum illud Poetæ:

Sunt apine tricæque, & si quid vilius istis.

§. 15. Vera me hic proponere, nemo etiam ex illis dubitat, qui, ob multiplicem variorum consensum, fidem demum dictis solent adhibere. Qvorum causa consentientes adduco. Dan. Georg. Morhofius, de Osiandri in Grotium censuris, notanter scribit: (dd) *Facile esse in illum lapidem impingere, cum in alienæ religionis scriptoribus semper insidias metuamus.* Jo. Christophorus Beermannus, qui nunquam conuitiandi scelerre se polluit, dum Osiandri obseruationes laudat, præ-

B

ter

(bb) *Nam Pufendorfius in Specim. Controv. C. V. S. 6. pag. 234.*

Erid. Scand. Osiandrum Theologum ingeniosissimum nuncupat conf. ejusdem l. c. p. 40. & 211. taceam alios. (cc) *Sed proprio ingenio locupletatis.* *Quod auctorem verumque conferenti ad oculum patet, & consentit etiam Dn. Christ. Thomasius in Diff. proem. ad Inst. Jpr. diu. §. 5. coll. ejusdem Diff. inser Lipsiensis tert. qua Philosophiam Juris de obligationib. & Actionibus exhibuit C. i. §. 16. not. a. add. Jac. Frid. Ludouici Delin. Hist. Jur. diu. §. 28. p. 19. (dd) *Polyb. T. III. L. 6. S. 1. §. 5.**

ter sedulum sacrorum examen , altius easdem euehere non potest , quam vt variorum , quæ circa quæstiones motas disputari possunt , collectanea appelleat . (ee) Buddeus *nimum* in Oliandro *rigorem* , moderate satis prudenterque animaduertit . (ff) Denique Excellentissimo Philip. Reinhardo Vitrario , quemadmodum ipse mihi , doctissima ejusdem conuersatione Lugduni Batavorum fruenti , adfirmabat , Osiandrinæ obseruationes non arrident : *quia doctrinæ morali elegantissimæ Scholasticas quisquiliias immiscent* . Huic calculum suum isti facillime adjicient , qui illam ab hisce serio cupiunt purgatam . (gg)

§. 16. Adhæc , quid de Feldeni , quem ante dictus-Salmasius digito forte monstrauit , in Grotium annotatis sit sentiendum , ex oppositis Theodori Graswinkelii stricturis , satis superque adparet . Et licet hic Morhofio non visus sit dignus tanti viri hyperaspistes , (hh) forte , quia responcionem , qua se Feldenus defendit , reliquit intactam ; attamen alii , (ii) optimam litigiosos homines vincendi rationem , suo silentio ipsum elegisse , dextre arbitrantur .

§. 17.

(ee) in præf. operis Grot. de J. B. & P. quod secunda vice Francof. ad Viadrum an. MDCIC. in q. emisit . (ff) in l. c. §. 32. p. 42. (gg) quos elegantes appellar Buddens eod. l. Quorum in numero erit Ill. Thomasiæ , qui in program. quo collegium priuatum super Insti. Jpr. diu. an. MDGXCII. Dom. XIX. p. Trin. indicat Scholasticorū in Phil. Moral. terminorum impatientem se sibi hisce : man lese den Tractat des Herren Osianders , den er typum legis naturæ nennet , und worinnen er die Meinungen der Schul-Lehrer in einer summe vorgestellet --- und sehe ob ihm nicht der Kopff davon wehe thun wird . Alia ejusdem loca raceam . Adde Pufendorfi præf. edit. prim. (hh) loc. cit. (ii) speciatim Buddens l. c. §. 27. p. 37.

§. 17. Sed , quid jam de reliquis Grotii Commentatoribus dicam ? Paucis : mitiores sunt hisduobus inque multis lucem ei affundunt , in æque multis mentem ejus non adsequuntur, *ipsoque Grotii textus sunt obscuriores.* (kk) Immo multi fingunt sibi Grotium pro lubitu , vt , quæ gloriose oppugnant , habebant , licet a mente ejus plane aliena . Hinc iterum , in scriptis Grotianis versatissimus (ll) Vitrarius , hancce coram mihi de Commentatoribus Grotianis *rejicivit* suppeditabat : *Haud paucos librorum de Jure Belli & Pacis habemus commentatores, sed ne unicus Grotium intellexit. Commentarios quidem scripsierunt, non in, sed circa Grotium, a quibus nec Baclerum, quem alias præceptorem quondam meum veneror, hic excipo. Pufendorfius quidem suo de Jure Nat. & Gent. opere, palmam eripuisset omnibus, nisi ob rationes sœpe infirmas a Grotio dissentit. Commentarem igitur in Grotium, non habemus ipso Grotio meliorem.*

§. 18. Qvæ viri laudati dicta , eo majorem apud me fidem inuenerunt, quanto certiorem me hac in parte experientia reddiderat. Quippe Grotium conjunctis commentariis aliisque legendo , multa loca , in quibus ille præter jus fasque vapulauit animaduerti , notaui , quo etiam factum , ut integer tractatus exinde , quasi sponte , sit enatus , cuius specimen sequentibus in pagellis exhibeo.

B 2

CAPUT

(kk) *Juxta Theodor. Pauli Tr. de Juris princip. P. II, qu. X. p. 30.*(ll) *qui non solum continuo labore Ius Belli & Pacis Grotianum publicis priuatisque lectionibus toties jam absoluit, immo auxit, sed quoque in aureis Jur. N. & G. Institutionibus felicissimus Grotii, vel interpres, vel epitomator extitit, adeo ut nesciam enunciare; num magis antiquitas sibi Homerum, quam nos Grotium in nuce nobis jam possimus gratulari.*

CAPUT POSTERIUS,

Exhibens

Loca Grotii impugnata & defensa.

SUMMARIA.

§. 1. **G**eneralis prime controvrsie propositio. §. 2. Verba Grotii propter hypothesin Numinis non existentis controvrsia. §. 3. Ex antecedentibus illustranda. §. 4. Disputat Grotius cum Carneade. §. 5. Qui describitur una cum dogmatibus & affectis. §. 6. Grotius eum impugnat rationem illius datam inuertendo. §. 7. meliusque explicando natura humana, tam socialis, quam rationalis conditionem, §. 8 ex qua id, quod justum appellamus, deducit. §. 9. adhibita simul hypothesi in se falsa; sed demonstracioni inseruente. §. 10. Genuina Grotii thesis ex hac tamen dictis. §. 11. Circa quam attenduntur personae; Grotii, §. 12. Carneadis §. 13. Et ipsa Grotii uerba, primo remotiue §. 14. deinde positive. §. 15. Hypothesis Grotii impia non est, §. 16. nec rejicienda sunt reliqua de natura humana prestantiis asserta. §. 17. Zieglerus putat Grotium hic egisse Scholasticum, §. 18. sed refellitur. §. 19. Idem una cum Osiandro, Pufendorfio, Val. Alberti, & Zentgrauio credunt; Grotium Jus N. sine obligatione statuere, sed falso. §. 20. Consentit illis Weberus, sed minus recte. §. 21. Origo erroris circa hunc Grotii textum commissi. §. 22. Alter locus controvrsus, de primis & secundis naturae. §. 23. Prima natura dantur in homine, §. 24. non autem sunt nudi instinctus brutales, §. 25. nec motus vitiosi, §. 26. nec regula iusti, sed alius est eorum finis. §. 27. Genuina loci Grotiani explicatio. §. 28. Feldenus se Grotio opponens initio statim minus accurate procedit. §. 29. Deinde notat frustranea, §. 30. in reliquis mentem Grotii non adsecutus. §. 31. Denique contra thesin non opponit. §. 32. Ratio, ob quam Grotius prima adduxit; notantur simul Zieglerus & Thomasius. §. 33. Osiandro prima ista videntur fundare statum purorum naturalium, §. 34. sed prima natura mal

male explicat & statum istum non descripsit. §. 35. Quis sit status purorum naturalium & quotuplex. §. 36. Grotius a fundatione istius liberatur. §. 37. Deinde Osiander prima cum nature secundis pugnare facit non Grotius. §. 38. Videntur iterum Osiandro, qua non sunt. §. 39. Osiander praeclara locutionis de primis natura impatiens convincitur, vt agnoscat non injustum esse. §. 40. Grotius primis Dictatoribus majestatem tribuens a Pufendorfio, Baclero, Kulpfio, Vitriario, Osiandro & Buddeo vapulat; §. 41. 42. sed immerito. §. 43. Grotius Republicas mixtas tangens refutatur ab Hobbesio atque Pufendorfio &c. vapulat; §. 44. 45. sed iterum immerito. §. 46. Grotius clausulam commissoriam non minuere majestatem afferens a Baclero, Kulpfio & Vitriario vapulat; §. 47. sed tertium immerito. §. 48. Grotius, majestatem ex pacto esse statuens, a Zieglero, Osiandro, Baclero, Henninge, aliisque vapulat; §. 49 sed quoque ultimum immerito. §. 50. Ultima Grotii fata a Petavio & Auberio contra historie veritatem describuntur.

§. I.



Dea dum me nunc conuerto, quibus articulate magis demonstrem, immerito Grotium à multis vapulasse, in vestibulo statim aliquantum subsistere adstringor. Quippe, admodum seduli fuerunt Grotianæ Philosophiaæ interpolatores, vt ipso in limine pedem grauiter offenserint, quando circa prolegomena librorum de jure belli & pacis Grotio litem moverunt, de iis, quæ sub hypothesi Numinis non existentis afferuit.

§. 2. Verba Grotii controversa sunt: *Et hec quidem quæ jam diximus, locum aliquem haberent, etiam si daremus, quod sine summo scelere dari nequit, non esse Deum, aut non curari ab eo negotia humana.* (a)

B 3

§. 3

(a) Hac ita leguntur in Prolegom. Juris B. & P. S. XI. Editionis Beccan.

§. 3. Quo in textu, cum ad ante dicta se referat auctor, juuabit nos illa repetiisse. Integros quidem paragraphos præcedentes non exscribam, sed sensum illorum candide, prout cuilibet ex textus Grotiani collatione ad oculum patebit, adducam insertis simul iis quæ illustrationi inserviunt, aut explanationi.

§. 4. Apparet igitur ex antecedentibus, (b) Grotium jus belli pacisque solide exhibiturum, in præliminariis Carneadæm jus simpliciter omne eludentem refutasse, quia existimavit ad commendandum & ad præmuniriendum opus suum hanc curam omnino pertinere.

§. 5. Proderit hic paucis cognovisse, qualis iste Carneades & quæ ipsius dogmata fuerint. Erat nimirum Carneades Cyrenæus tertiae apud Græcos Academiæ conditor, qui vna cum reliquis Academiæ suæ membris, pertinax in ea perstitit sententia; nullam hominibus inesse facultatem, verum in rebus latens agnoscendi. (c) Porro cum Carneadi cauillatio pro arte esset, adeo, ut non minus pro falso, quam pro vero eloquentiæ vires intenderet, factum est, vt ea quoque iret destruetum, quæ apud omnes erant in confessu. Quippe iustum aliquid, seu iustitiam, dari, defendebant alii, hic e contrario oppugnationem illius in se suscipiebat, adstruendo: iustitiam cum stultitia foedus aliquid habere, quia aliis juste consulens, sibi ipsi noceret. Idem nec erubuit, omnia jura in dubium vocare, dum sibi persuasisset, homines, ad instar reliquorum animantium, in suas natura ferri vtilitates sibique pro vtilitate tantum varia

Bemmianiana, a qua, quemadmodum alias sepe fit, bac vice non discrepant antiquissimi codices.

(b) nempe §. 5. sqq. proleg. J. R. & P. (c) Confer Buddei Historia Philos. C. IV. §. 19. & Fabricii Bibliotheca Grac. L. III. C. III. p. 55.

varia jura sanxisse. (d) Cui Philosopho & Poeta Horatius accedit, dum canit: (e)

*Vtilitas justi prope mater & equi
& post pauca:*

Nec natura potest justo secernere iniquum.

Conspirant cum illo & alii plures, (f) quos silentio præterimus, quia tantum cum ipsis, potissimum vero cum Carneade, lis Grotio intercedit.

§. 6. Carneadæ speciatim propter juris negationem, dum refutare Grotius re ipsa adgreditur, consultius agere non potuit, quam , ut ejusdem rationem, qua nitebatur, eneruaret. Quapropter etiam totus in eo fuit, vt egregias naturæ humanæ perfectiones , quibus præ brutis excellimus, eidem opponeret,(g) demonstraretque naturam humanam, non brutaliter similem esse, sed nos potius ad id ducere, qvo omnium saluti magis, quam propriæ saltem vtilitati studemus. Ordine autem vt procederet , primum socialem , deinde rationalem hominis naturam percurrit.

§. 7. Per *naturam* vero *socialem* intelligit excellentem hominis perfectæ ætatis adpetitum, quo ad mutuam, tranquillam & ordinatam societatem cum similibus, etiam si re nulla indigeremus , ferimur. (h) Per *naturam rationalem* innuit judicium nostrum , recte formatum , ad æstimanda ea , quæ delectant , aut nocent, (i) & quo ducimur ad prudentem in elargiendis dispensationem. (k)

§. 8. Dein-

(d) Conf. Laetantius Div. Inst. L. V. c. 16. sq. (e) Serm. L. 1. Sat. 3.

(f) de quibus vid. Pufend. J. N. G. L. 2. c. 3. §. 10. & Jo.

Philip. Reinhard. in Theatr. Prud. Eleg. p. 1452. (g) §. 7. Proleg. l.c. (h) Ib. §. 6. 7. & 16. (i) Ib. §. 9. (k) Ib. §. 10.

§. 8. Deinde convenienter humano intellectui naturam socialem, fontem juris, proprie dicti, adpellat, cuius effectus sint: alieni abstinentia ejusdemque, si id habeamus, restitutio, promissorum implendorum obligatio, damni culpa dati reparatio, & pœnæ inter homines meritum. (m) Quippe quæ cum natura sociali tam arctissime sunt connexa, vt sine istis nulla societas salva & constans esse possit. Ex natura rationali jus aliquod, laxius dictum, ac cum prudentia valde conspirans deriuat, juxta quod conueniat homini, recte formare intellectum, ne metus, aut voluptatis illecebra corrumpatur, nec temerario impetu abripiatur, (n) & quæ sunt alia, aliis exhibenda. (o) Sine his omnibus homo perfectus dici non meretur.

§. 9. Enumeratis ita naturæ humanæ perfectiōnibus, assertum Carneadis, quo hominem fere brutum fecit, funditus eueri, quis non videt? Interim, vt illum, qui in disputando incomprehensibilis & lubricus adaptabat, eò apertius adhuc convinceret Grotius, coroniq[ue] loco addit: istas naturæ humanæ perfectiones tantas, ac tam alte nobis infixas esse, vt se exferant, etiam si DEus easdem specialiter non moueat, vel plane non existat, quod tamen summum esset nefas cogitare.

§. 10. Ex quibus omnibus hæc genuina Grotii thesis resultat: *Eiam si DEus non esset, tamen homines non instar brutorum viuerent, sed socialis ac rationalis naturæ suæ ductum sequerentur.*

§. 11. Expediet omnes hujus Grotianæ theses circum-

(l) *nempe naturalis.* Cujus principium cognoscendi Rufendorius, Grotium: bac in parte secutus, posuit socialiter viue. in J.N.G.L. 2. C. 3. §. 15. (m) Ib. §. 8. (n) Ib. §. 9. (o) Ib. §. 10. recensita.

circumstantias fusius ponderare. Primo enim considerandus est ipse Grotius, quam nimirum hic egerit personam. Et sic patebit, eum non ex professo in Jus Naturæ, praesenti loco, fuisse commentatum, sed antagonistam egisse, qui non semper καὶ ἀλίθια, seu juxta verum, sed saepe καὶ ἀνθεστορ, seu juxta receptum disputare adstringitur. Quapropter cum Carneade, jura propter naturæ humanæ pravitatem negante, disputans, ex ejusdem naturæ excellentia contrarium commodissime demonstrauit.

§. 12. Porro spectandus quoque propius, quocum Grotio res erat, Carneades. Hic procul dubio atheismum implicite, aut indirecte ad minimum fouit. Nam quomodo DEum prouidentiamque diuinam cognoscere potest, qui omnem negavit facultatem, verum agnoscendi. (p) Qui veritatem hujus propositionis: bis duo sunt quatuor, cognoscibilem negat, multo minus veritatem illius: est cœli terræque moderator, admittet. Vnde frustranea omnino foret cum Carneade de jure disputatio, a primo juris auctore ac legislatore, DEO, quem iste non agnouit, petita.

§. 13. Non minus ipsa locutio Grotii, qvæ antecedentia & consequentia debent curate perpendi & quidem primo, καὶ ἀρτι, vt, quæ dicere non intendit, videmus remoueamusque hoc ipso, quæ multis, propriata men culpa, impedimento fuere, ne illum intellexerint. Patet igitur ex textu, Grotium non negare existentiam, vel prouidentiam diuinam, nam hoc, eo ipso summum scelus appellauit, & in proxime sequentibus, istam solide adstruxit. Nec loquitur hic de Jure Naturali, qvæsi hoc, absqve respectu DEI, posset locum ha-

(p) Juxta s. S. hujus capituli.

bere nosque obligare; nam ita vitium elenchi commisisset, qvia de eo nihil differuerat Carneades, immo si bi contradixisset, qui, aliis in locis, (q) DEum Juris Nat. fecit legislatorem eidemque obligationem illius adscriptis, (r) Nec dixit hic Grotius omnes ac singulos homines ea gaudere perfectione, vt naturæ suæ ductum ubique sequantur; nam sic iterum a thesi aberrasset, cum locutus sit Carneades, non præcise de actuali exsecutione eorum ductuum, quos natura suggerit; sed tantum de conditione naturæ humanæ in abstracto; adeoque tantum quæstio est inter Carneadæ & Grotium, quod fieri possit, aut debeat ab iis, qui naturæ suæ ductum sequuntur. Denique nec de ipso justo præcise controuerſatur auctor noster, quia hoc fuisset principium petere, dum de ratione, qua quid justum esse probatur, fuit disputandum.

§. 14. Remotis istis textus quoque Grotianus *xara Groti* est explicandus, vt, quid proprie hoc loco intellexerit, fiat manifestum. Et sic deprehendo, verba & mentem illius in id conspirare, quod afferat; humanam naturam, tam excellenter a DEO esse adornatam, vt se ad actus, cum suis perfectionibus proxime connexos, aut ex iisdem necessario fluentes, possit determinare: Vel, vt actiones edat, quibus generis humani status & incolunitas conservetur. (s) Et quidem fine speciali concursu numinis.

§. 15. De istis jam quid sentiam, dabo paucissimis. Sincere statuo, esse non inter postrema hominis erga DEum officia positum, sermonem de summo Numinine

(q) *ib. s. XI. & XII. proleg.* (r) *L. I. C. I. s. X. n. 1.* (s) *Confer. Gottl. Gerhard. Titius Observat. 81, ad offic. Hom. & Civ. Pafend.*

mine pium purumque, qui nec atheismo faueat, nec deismo patrocinetur. Vnde nec facile probauerim frequentes, sub hypothesi numinis non existentis, locutio-nes. Interim, si aliquando, majoris evidentiae, vel demonstationis ergo, sub dicta hypothesi aliquid, aut negari, aut adfirmari, necessitas quasi exigat, utique so-fenni cum detestatione id fieri debet. Hoc ipsum, cum Grotius quoque fecerit, nihil impii, in sua hypothesi, eum admisisse, censeo, in primis, si ante (t) dictas cir-cumstantias considerem simulque istud: *abstrabentium non esse negationem.*

§. 16. Præterea, vera dixisse auctorem nostrum perfectiones naturæ humanæ describendo, negare non possum, vietus his rationibus: quia alias, qua agendi li-bertatem (v) nulla nos inter & bruta distinctio foret: nulla esset actionum humanarum moralitas, nulla illa-rum in vita communi, neque ad bonum, neque ad ma-lum imputatio: (x) Nec falsus esset Spinozinus: (y) DEum nos ubique mouere in actionibus moralibus, etiam ad id, quod malum nuncupamus. Sed hæc po-tissimum iis dicta sunt, quibus, solo rationis lumine philosophari, in more est positum, alias enim probe noui, altiore quodam lumine collustratos, istas naturæ perfectiones non pati, quemadmodum illorum de libe-ro arbitrio controversiae, vti cum aliis sæpe, ita etiam cum Pufendorfio, maximo motu ventilatae, abunde te-stantur. (z)

C 2

§. 14. Dum

(t) S. 11. & 12. hujus cap. (v) de qua vid. Pufend. J. N. G. L. 1.
C. 4. §. 1. sqq. (x) de qua Conf. Pufend. l. c. Cap. 5. §. 3. sq.
(y) expressus in Tr. Theolog. Polit. Spinoza. (z) Has cum
Pufendorfio controversias breviter describit Buddens in Hist.
Jur.

§. 17. Dum itaque, juxta sobrias hermeneuticas regulas, sensum loci controvensi, prout fieri intererat, explicui, istos queque, a quibus hae in parte vapulauit Grotius, intueri, instituti mei ratio requirit. Agmen dicat Zieglerius, ut in toga negotiisque adprime versatus, ita etiam in explicando Grotio modestissimus. Qui, cum ad nostrum locum commentatur, (aa) estimat, Grotii dicta similia esse istis Thomae: (bb) *Tametsi DEus non esset, nec mendacium lege prohibuisse, fore tamen mendacium peccatum.* Qvae opinio, an fundamento nitatur, videamus. Verba Thomae originem debent perulgatae Scholasticorum sententiae; de *perficitate honestatis, aut turpitudinis, antecedenter ad DEI voluntatem, spectata.* Statuebant nimirum: Actiones, nunc jure naturae prohibitas, vel mandatas, in & per se, etiam antequam DEus eas, aut interdixit, aut jussit, habere rationem turpitudinis & honestatis; similiter: bonas actiones ideo DEum praecipisse, quia ab aeterno per se bona fuerant, malas, quia per se mala; nec tales declarari propter convenientiam aut discrepantium cum lege DEI. Hinc sua sponte fluxit ista propositio: Etiam si DEUS non esset, nec lege actiones malas prohiberet, nec bonas juberet, attamen furtum per se, homicidium per se, mendacium per se, taliaque plura per se

Jur. Nat. S. 34. sqq. pag. 45. sqq. prolixius Eudouici in Berlin. Hist. Juris div. S. 48. sqq. imo & Petronius Hartewig Adlemansthal in der Lebens Memoire des Baron von Pufendorff. S. 9. sqq. Ad has vero, controvensem quoque de perfectionibus naturae humanae pertinuisse, ex Indice Novitatum a Theologis Lundinensibus confessio adaptaret, quem Pufendorff. Apologie sua adjecit. Confer. Eric Scand. p. 62. Edit. Hert. (aa) In Notis ad Grot. Jus B. & P. p. 7. ad S. XI. preleg. (bb) In Prima zde qv. 71. art. 6.

te forent peccata , & vice versa. Qvo errore ipse Zieglerus, (cc) Osiander, (dd) Gulielmus Grotius, (ee) Valent. Alberti, (ff) Jo. Joach. Zentgrauius, (gg) Valentinus Velthemiūs, (hh) Samuel Racheliūs, (ii) & qui plures, se implicuerunt. Verum eundem Pufendorfius, (kk) squalorem Scholasticum nobilissimæ Juris Naturalis Philosophiæ abstergendo, funditus extirpauit.

s. 18. Si autem, quod res est, fatear, conspirat in ista sententia & auctor noster cum Scholasticis horumque affeclis modo recensitis, sed quod omnino notandum, alio plane in loco. (ll) Fallit igitur sequela: quia Grotius alibi perfeitatem honestatis & turpitudinis defendit, ergo & hoc in loco dissimillimo, juxta istum est explicandus. Sane, si, obtorto etiam collo, perfeitatem illam huc raperem, omnes tamen textus nostri, & circumstantiae & verba reclamarent. Simile igitur, qvod hic, Thomam inter & Grotium, quæsivit Zieglerus, omnibus modis est dissimile. Qvod dictum simul esto Joan. Georgio de Kulpis, quando Grotium, *improvide Moralitas securum*, scribit. (mm) Qvippe, rectius Pufendorfio videtur (nn) Grotii sententia expressa, ex M. Antonini dictis: (oo) *Si de nulla re nostra consilia Dii ineunt,*

(cc) *Ad Gros. l. c. p. 52.* (dd) *Observat. ad Gros. p. 59.* & 203.

(ee) *de Principiis Jur. Nat. C. 1. §. 16.* (ff) *in Compend. Jur. Nat. orthodoxo P. 1. C. 3. §. 22. sq.* (gg) *de Orig. Jur. Nat. Artic. VIII. §. 5. 25. 51. sq.* (hh) *In Diff. Num actus dentur per se honesti aut turpes adeoque in sua natura sint debiti vel illiciti.* (ii) *in Differt. de Jure Nature* §. 32. (kk) *in Jure N.* & G. L. 1. c. 2. §. 6. L. 2. c. 3. §. 4. & *in Apologia* §. 24. in Specimine *Controv. c. 5. in Spicilegio Controv. c. 1. §. 2. sq.* & c. 3. §. 9.

(ll) *nempe J. B. & P. L. 1. c. 1. §. X. n. 1. 2.* (mm) *Colleg. Grōt. ad proleg. J. B. & P. th. 3. p. 8.* (nn) *J. Nat. & Gent. L. 2.*

C. 3. §. 19. (oo) *qua leguntur in ejusdem L. VI. §. 44.*

ineunt, quod tamen impium est credere; quidni egomet, mibi consulam? Mibi autem deliberatio competit de eo quod conducat mibi. Conducit vero unicuique, quod est constitutioni & naturae ipsius consentaneum. Porro natura mea rationalis, & ciuilis est, ciuitas & patria, qua Antoninus, Roma: qua homo mundus; bisce ciuitatibus, quæ utilia, & mibi sunt bona.

§. XIX. Consentire Zieglerum cum Grotio, alibi perseitatem afferente, quia modo cognovisti, miraberis forte, quare se huic opposuerit, qua præsentem locum qvem ea sententia inniti præsumit. Sed ecce causam. Est ea perseitatis patronis mens; actiones per se honestas & per se turpes quidem esse, sed hoc cum expresso addito: homines ad istas edendas, has vero vitandas, jure naturali a DEO obligari. Quapropter Zieglerus, hypothesin Grotii, de numine non existente animaduertens ita pergit: *Quia hic agitur a Grotio de obligatione, --- obligatio autem talis imperium aliquod presupponit, quod hominis conscientiam cogat & in ordinem redigat, non potest id alii, quam naturæ naturantii, Deo ter. opt. max. adscribi.* Posito hoc imperio non poterit Grotius extra DEum, aut sub hypothesi, non esse DEum; ralem obligationem considerare. Sed brevissimis regero, præsuppositum, nempe egiisse hic Grotium de obligatione, a mente ejus prorsus esse alienum, juxta ante a nobis euidenter demonstrata. (pp) Hinc & reliqua præsupposito isto nixa, nulla sunt. Ad quæ istos etiam remittimus, qui iisdem telis Grotium oppugnarunt; Osian-der (qq) Pufendorff, (rr) Val. Alberti, (ss) Zentgra- uius

(pp) §. nostro 13. hujus cap. (qq) Obseru. p. 58. sqq. (rr) J. N. G. L. 2. C. 3. §. 19. (ss) Comp. J. N. P. I. c. 3. §. 19.

uius (tt) aliique. In iisdem enim objectis, eadem responsio.

§. 20. Denique Immanuel Weberus credit, Grotium hic legem sine legislatore exhibuisse, dum scribit. (vv) *Ita magne Groti, obtrudes nobis legem sine legislatore & effectum sine causa, quod sane atrocior & indignum plane tam vasto, quale tuum est, ingenio commen-* tum. Sed euersis priorum dictis, hæc quoque sua sponte corruunt.

§. XXI. Plures jam non addimus, satis qvia superque ex recensitis constat, Grotium immerito vapulasse. Sed quid causæ, vt tam summa mundi lumina, circa hunc Grotii locum, tantas passa sint eclipses, vt veram ejus thesin non viderint? si conjecturæ locusest, hæc subefse ratio mihi videtur: Primi nempe commentatores locum nostrum controversum, in quo ad antecedentia se auctor refert, cum uno, vel altero præcedente paragrapho tantum contulerunt, nec usque ad quintum in ordine, quo controversia cum Carneade proponitur, ascenderunt. Vnde factum, vt status controversiae, prout nos antea eundem ad auctoris mentem formauimus, (xx) ipsos latuerit. Hinc tot sinistræ textus Grotiani detorsiones! hinc tanti errores! Reliqui enim, nimia in commentatores istos fiducia, præoccupati, proprio judicio obliterunt.

§. XXII. Posthæc alium Grotii locum produco qvi paria cum præcedente, fata est expertus. Nimurum ille bellandi licentiam probaturus, (yy) hoc utitur medio termino, quia, quod aliter non licet, vi petere, non est contra

(tt) Orig. J. N. Art. 1. §. 2. (vv) in Specim. Annotat. ad Pu-

gend. off. H. & C. p. 23. sqq. (xx) quod ex SS. præced. 4. 5. 6.

& c. constabit. (yy) J. P. & B. L. 1. C. 2. §. 1. n. 1. fqq.

contra hominis naturam. Assumit autem, e schola Stoicorum, (zz) distinctionem, inter *mē nūtria*, *nō mē dūnē*, *xāmē mē Qūtū*, *prima & secunda natura*. Per illa intelligit; *primam ac simplicem animi adpetitionem*, qua cuiuslibet hominum sua conseruatio, primo statim & ante deliberationem commendatur. (aaa) Per hæc in-
fuit; *notionem conuenientiae rerum cum ipsa ratione*, vbi recte ponderamus, quid vel nobis, vel societati honeste conducat. (bbb) His latius deductis tandem probat, bellum, nec primis, (eee) nec secundis naturæ (ddd) contrariari.

S. 23. Circa prima naturæ dum potissimum lis mouetur, paucula de eorum existentia & qualitate præmittemus. Esse in homine prima naturæ, seu quod idem: adpetere hominem primo & ante omnem deliberationem, se conseruare, illis, sicut opinor, peregrinum videbitur, qui naturam suam minimè habent perspectam. Quippe, est quædam in nobis vis ab ipso Deo mediullis nostris firmiter infixæ, qua duce omnes, grata malumus desideramus, sectamur; statum nostrum conseruantia, vi tantum nobis eripi patimur; pericula omni conamine auersamur.

S. 24. Deinde prima ista naturæ, homini quidem, sub eo respectu, quatenus animal est, suo modo competunt, adeoque multum in his deprehendimus, extrinseca specie, cum cœteris animantibus commune. Hinc quoque Pufendorfius inquit: (eee) *Id primo homo habet commune cum animantibus, queis sensus*

(zz) *Confer Ciceron. Lib. III. de Fin. cap. 5. 6. 7. cui jungatur τοδεκάτη & II. Fin. H. add. Gellius in Noct. Att. L. XII. c. 5.*

(aaa) *L. c. n. 1.* (bbb) *Ib. n. 2.* (ccc) *Ib. n. 4.* (ddd) *Ib. n. 5. 6.* (eee) *I. c. L. 1. C. 3. S. 14.*

sensus sui ineſt, ut se ipsum quam maxime amet, se ipsum ſtudeat omnibus modis conſeruare. Attamen iſia naturæ prima in homine maxime præcellunt: iſtinctui brutorum. Vnde Cicero, & animi adpetitionem, non ad quoduis vitæ genus, ſed ad vitam rationi conſentaneam hominibus datam eſſe cum aliis diſputavit. (fff)

§. 25. Nec debent explicari prima naturæ, per vitiosam flagitiosorum hominum concupiſcentiam, nec per inclinationem temperamentorum prædominan- tium conſuetudine depravatam, ſed indiferenter ſe ha- hent iſta naturæ prima, quia fiunt absqve prævia deli- beratione & culpa vacant.

§. 26. Ex qvibus ſimul liqido conſtat, illa pri- ma, regulam non conſtituere actionum noſtrarum, qua harum, vel bonitas, vel malitia debeat normari; ve- rum faltem ad iſtam nos deducere normam, qvam di- cimus iſum ius naturæ, ad mentem iſius DEI, ſummi legislatoris, comparatum. Finis igitur primorum na- turæ eſt ſat nobilis, nempe vt, quæ adpetitus ad conſervationem noſtram valde facientia ſecundis na- turæ, aut honestæ ac prudenti deliberationi, eo sanctius commendent. Quem finem Grotius omnino a- gnovit. (ggg)

§. 27. Quæcum ita fint, rectiffime idem pergit: (hhh) *In examinando jure naturæ, primo (non tam demonstrationis, qvam ordinis gratia) videndum, quid illis naturæ initiis congruat,* (non, vt in his ſuſtiſtamus ac ex iisdem regulam actionis moralis forme- mus, ſed vt eo commodius) *doinde ad illud (rectæ ra- tioni ac naturæ ſocietatis adprime conſirmatum judici- D um)*

(fff) *I.H. de Finib. conſer. ſimul Baclerus Comment. ad Grot.*

J.B. & P.b.l.C.2, §.1. (ggg) *I.c.u.2.* (hhh) *num. ead.*

um) deducamur, quod quanquam post oritur, dignus tam
men est, neque sumendum tantum, si detur, sed omni
modo experendum: Esse hanc auctoris mentem, præter
reliquas textus controversi circumstantias, proxime
(iii) subsequens iusti descriptio: *Injustum est, quod ne-*
cessariam (non cum primis naturæ, sed cum secundis,
id est) *cum natura rationali ac sociali habet repugnan-*
tiam, solide euincit.

s. 18. Oppugnatores hujus loci Grotiani jam
compareant. Jeanes a Felde, inter istos facile cory-
phaeus annotationem suam Grotio oppositam ita ordi-
natur: (kkk) *Vt demonstraret*, nempe Grotius, *bellum*
quoddam Jure nat. licitum esse; *ex Stoicorum doctrina*
presupponit; *esse quadam prima &c.* Verum Grotius
ut probaret bellum licitum, ordinis gratia, prima ista se
adhibuisse docet. (lll) Si jam juxta rigorem philosophi-
cum, quem alias Feldenus contra Grotium strenue ex-
ercere consuetuit, *demonstrare & probare* idem non
sint, vix Feldenus, a crimine falsi philosophico, se libe-
rabit.

s. 29. Porro recenset Feldenus Grotii de primis
& secundis naturæ verba dicitque hæc *oratoria potius*,
quam philosophica esse. (mmm) Verum frustranea est
hæc nota; nam oratoria hic recensuisse autorem no-
strum, etiam per transenam illius textum insipienti-
bus patet, nec ipse hoc dissimulavit, quando Ciceronem,
oratorum principem communiter dictum, expresse al-
legauit. (nnn) Sed quid exinde? Nonne licitum est in
juris naturalis doctrina, oratorum verba recensere &
juxta

(iii) *I. c. n. 3.* (kkk) *pag. 34.* (lll) *quemadmodum expressa*
eiusdem verba in rubro paragaphi 1. cit. cap. testantur. (mmm)
. *ib. p. 35.* (nnn) *b. l. controverso p. 1,*

juxta eadem probationes nectere, aut demonstrationes? Vel, an Feldenus dictaturam in Grotium adfectat, qua ei injungat, vt suo more vbiique Aristotelis verbis, quæ plurimas fere paginas annotationum Feldenearum occupant, vtatur? An hoc tantum est philosophari? Absit.

§. 30. Deinceps Feldenus ad ista Grotii deveniens, quibus recensioni suæ, de primis & secundis naturæ finem imposuit, his verbis: *hec cum vera sint, & ab omnibus, qui iudicio sano sunt prædicti, facile sine alia demonstratione assensum impetrant;* (ooo) probe cognovit, sibi tantopere dilecto Aristoteli, imbecillitatis notam inscribi, vtpote qui contrarium asseruerat. (ppp) Quapropter negat Feldenus, a Grotio recensita sice esse *comparata, vt assensum sine demonstratione impetrant.* (qqq) Ne autem negationem nuda Aristotelis auctoritate sufficiat lectori exhiberet, varia adfert de vitiosis animi perturbationibus, adfectibus aliisque ejusdem commatis. Verum nec scio, quo animo id fecerit, quippe Grotius, hoc loco controverso, ne literam quidem, de iustiusmodi vitiis, vel adfectibus differuit. Facile itaque colligere possum, Feldenum ante (rrr) a nobis exprefsam Grotii mentem, circa prima naturæ, non fuisse assecutum.

§. 31. Denique Feldenus Grotio objecit; (sss) prima naturæ non esse posse principium, ex quo, quid juris naturæ sit, æstimemus, adeoque nec ad iustitiam belli declarandam facere. Sed regero, iterum *impugnamus* illum committere, nec disputare contra Grotii thesüs, qui nude tantum, prima naturæ bello non repugnare, sed eidem potius fauere, adstruxit, sine vlla deductione iustitiae. (ttt)

(ooo) *Ib. n. 2.* (ppp) *Lib. 9. Ethic. c. 8.* (qqq) *en. pag. 35.*

(rrr) *§. 22. &c 25. bujus cap.* (sss) *I. c. p. 35. & 36.* (ttt) *confer.*

S. nostrum 27. buj. cap.

s. 32. Excipis; cur igitur prima naturæ, in quæstione de justitia belli, adduxit? Respondeo; ut, dum in antecessum constaret, prima naturæ bello fauere, dijudicatio hujus quæstionis sanæ rationi eo magis commendaretur. (vvv) Quibus Feldeno repositis, simul Zieglero, idem vrgenti, (xxx) satisfactum esse haud dubie arbitramur. Immo ex iisdem pariter constat, Christianum Thomasium, locum nostrum controversiam, minus congrue allegasse, (yyy) dum Philosophos Stoicorum asseclas, de officio hominis secundum diuersam primorum & secundorum naturæ considerationem disputantes, refutavit.

s. 33. Sed Osiandrum, diligentissimum, si ~~opodo-~~
~~gias~~ species, Grotii commentatorem, jam accedo, imo & in posterum saepius, quia hic toties Grotii dicta obelo quodam, præter meritum, notavit. Producit autem iste hac vice in arenam prima naturæ ideo, qvod ipsi *VIDENTUR fundare statum purorum naturalium, quem Scholastici confinxerunt & Pontificii adbuc defendunt.* (zzz) Sed *videntur Osiandro talia, qualia ne quidem per somnium Grotio sunt visa.*

s. 34. Qvod vt probem, observationem Osian, drinam trutinabo. Explicat in hac, *natura seu prima naturæ, per instinctus naturales, in conservationem sui ipsius propendentes, (aaaa) qui in homine, prout nunc est, sunt vitiosissimi.* (bbbb) Addit fundare ista statum purorum naturalium, sed in quo hic consistat non expressit. Vtrumque male. Nam illorum primorum explicatio non est menti Grotianæ conformis, (cccc) & status

(vvv) confer. s. 26. b. cap. (xxx) *Annot. ad Grot. p. 70. sqq.* (yyy)
in *Instit. Jurispr. diu. L. 2. c. 2. §. 4.* (zzz) in *obseru. ad Grot.*
p. 324. sqq. (aaaa) *Ib. p. 324.* (bbbb) *Ib. p. 325.* (cccc)
Confer s. 22. & 25. hujus cap.

status illius descriptio¹, adponi debuisset, quo lectori, Theologicarum controversiarum nescio, pateret sententiae Grotianæ cum hoc statu convenientia, si qvæ adesset.

§. 35. Dabimus igitur, quam omisit Ofiander status purorum naturalium descriptionem ex mente Theologorum. Non autem hic omnibus vna est sententia, Isaacus Peyrerius (dddd) statum purorum naturalium in præadamitis sistit, sub persona præadamitæ ita loquentis: *Viuebam sub statu naturæ absque lege DEI. Et viuebam vita illa naturali tantum, que mibi communi erat cum cæteris animantibus*, &c. Alii alium statum purorum naturalium, in Adamo primo homine, fingunt, dum hunc ~~adspexit~~ & in puris naturalibus neque bonum neque malum concepere. Denique alii & cum his forte Calixtus & Dreierus circa statum purorum naturalium ita inter alia sentiunt: esse in homine adpetitum sensituum, qui naturaliterferatur in bonum. (eeee)

§. 36. Videamus nunc uerborum Grotianorum cum his convenientiam. Bini priores status huc plane non quadrant, quia Grotius, ne verbulo quidem, præadamitarum, vel primi hominis, mentionem fecit, immo, si etiam vim faciamus verbis Grotii, trahi tamen ad hos status nequeunt. Tertius supereft a Theologis nonnullis confictus, sed, qvæso, quid commercii Philosopho hic est cum istis? Illi enim hominem juxta reuelationem, Grotius juxta rationem considerauit: Illi de adpetitu sensituo, qui ad bonum aliquod naturaliter

D 3

feratur

(dddd) *Exercit. C. XVIII. coll. System. L. I. c. 4.* (eeee) *conf. bis de statibus puerius agentes Mart. Chemnitium in Loc. Com. P. I. c. 8. p. 203. Abrab. Galovium System. T. IV. Artic. II. c. 1. p. 387. & Job. Andr. Qvensted. Syst. P. II. C. I. Sect. 2. qv. 1. 2. p. 10. sqq.*

feratur sunt locuti, Grotius de animi appetitione , quæ bonum cupit idque mentis judicio sifit. Illi bonum theologicum , Grotius physicum indigitauit. Hæc cine eadem sunt ? Itane assertum philosophicum fundat theologicum ? Quæ lucis communio cum tenebris ? Non tamen miror talia Osiandrum observasse in libris Grotii, quia ipsi placuit, hac vice visiones potius, quam demonstrationes exhibere.

§. 37. Ulterius præcederitem Osiandrum sequamur. Adstruit ille prima inter & secunda naturæ , si conferantur, esse σύρραξις, rebellionem, pugnam. Verum quis aciem hanc instruxit ? Ipse procul dubio Osiander, qui τὰ καὶ φύσιν πεπόνισκι armauit (ffff) ut non possint non sanæ rationi bellum indicere. Illis igitur dum arma extorquemus, (gggg) hujus non erunt hostes. Qvare :

Pugna suum finem, cum jacet hostis, habet.

§. 38. Quæ porro Osiander ad sententiam Pontificiorum, de facultatum superiorum & inferiorum pugna deque appetitus & rationis lucta dixit, hæc nihil ad rhombum ; Quod etiam ipse animaduertit, dum consuetum suum : ita videtur adposuit. Nam multa videntur, & non sunt.

§. 39. Denique Osiander existimat, non opus esse, ut admittat præcisiam istam Grotii de primis naturæ philosophiam, quia de hominie, qua homo , eadem affirmari possint, in puncto conservationis. Verum rego, rationem hanc non stringere & inuerti posse. Immo

(ffff) *preter Grot. intentionem, ut §. 34. huj. Cap. indicauimus.*

(gggg) *recte explicando juxta S. 22. & 25. b.c.*

mo sibi adfint modi verum probandi, utrinque justi, in libertate positum est, quem eligas. Injustam autem esse præcisiuam philosophiam Grotianam ipse negat O. siander, dum eam admitti posse, hoc ipso loco (hhhh) adfirmat. Nec alias Theologia, disciplina sancte semper habita fugit præcisiones. Visitatum quippe est Theologis, ut ea quæ mere naturalia sunt homini Christiano, mente præscindant & abstrahant, a donis supernaturalibus & quæ sunt alia. Adhæc, ipsi etiam Theologi, in disputationibus philosophicis, prima ista & secunda naturæ adhibuerunt, Valentinus Alberti ex secundis naturæ, in oppositione ad prima argumentum format, pro affirmatione Juris Naturalis Paradisiaci. (iiii) Jo. Franciscus Buddeus ex primis naturæ rationem petit, contra Stoicos, in puncto *avoxenias*. (kkkk) Plures taceamus, Constat igitur hactenus Grotium, & qua hunc locum, immerito vapulasse.

s. 40. Adductis jam locis, vnum vel alterum adhuc addo, sed concisius, ne speciminis, qvod dare hic intendo, cancellos transgrediar. Grotius nonnullis, & quidem primis, Romanorum Dictatoribus imperium summum tribuit. (IIII) Quapropter Pufendorfio displicet videturque historiam Romanam ignorasse. (mmmm) Nec Joh. Henr. Boëclero (nnnn) probatur, quibus duum-viris Kulpisius subscribit. (oooo) Ac censeri

(hhhh) Obs. cit. p. 326. (iiii) in disp. de Jure Nat. Paradisiaco

§. 8. (kkkk) Exercit. IV. de Erroribus Stoicorum §. 8. p. 198.

in Analectis Hist. Phil. (IIII) J. B. & P. L. l. c. 3. §. 8. n. 12.

& §. 11. n. 1, 2. (mmmm) Lib. VII. c. 6. §. 15. (nnnn) Com.

ad b. l. p. 239. & 242. (oooo) Coll. Grot. ad hoc cap. Grot.

Exercit.

censeri his etiam possunt Osiander, (pppp) Vitriarius; (qqqq) Buddeus (rrrr) aliquie.

§. 41. Verum, sunt a parte contraria non minoris auctoritatis viri. Quippe sententiam Grotianam propugnarunt Arnisaeus, (ssss) Conringius, (tttt) Zieglerus, (vvvv) Jo. Christoph. Beermann. (xxxx) In specie Jo. Nic. Hertius a Pufendorfio, non nisi ob causam prægnantem discedere solitus, hac in parte ei nihilominus contrariatur. (yyyy)

§. 42. Hanc circa controuersiam, quid sententiam, tribus tantum verbis explicabo. Occurrit & hic communissimum eorum, qui alias refutare solent, vitium Elenchi. Plerique enim contra Grotium insurgentes de Dictatoribus promiscue loquuntur, adeoque Andabatarum more pugnant, quia Grotius sua verba, ad primos Dictatores, expresse restrinxit, cum vtique nouerit, non omnibus eandem fuisse potestatem. Quod itaque assertum Grotii, opinor satis esse fundatum, in summa primorum Dictatorum legitime constitutorum potestate, a qua nec prouocandi jus cuiquam fuit

Exercit. Ii. tb. 9. in Not. lit. r. ubi Bodinum, Hobrium, Obrechtum Sc. pro se adducit. (pppp) Obs. ad. b. l. Grot. pag. 484. sq. (qqqq) Instit. Jur. N. Sc. G. L. i. cap. 3. qu. 37. (rrrr) In Specim. Jurisprud. Hist. S. 44. sq. p. 817. sq. in Selett. (ssss) in Relett. Polit. L. II. cap. 11. Selett. 15. (tttt) Annotat. ad Lampad. P. 1. S. 8. Diff. de regno S. 4. (vvvv) de Jur. Maj. L. 1. cap. 1. S. 41. sq. Sc. in Not. ad b. l. Grot. nuda recensione verborum Grotianorum eadem adprobata. (xxxx) in Meditar. Polit. C. XII. S. 10. (yyyy) In Annotat. ad Pufend. Jur. Nat. Sc. G. L. VII. C. 6. S. 15. lit. c.

fuit concessum ; (zzzz) Quorum simul edicta pro nū-
mine sunt habita ac vim regiae potestatis tenne-
erunt. (aaaaa)

§. 43. Posthæc Grotius partitione, quam adstru-
xit, iurium majesticorum, Republicas mixtas tan-
gens (bbbbbb) in feruentissimam Politicorum non so-
lum, sed & Publicistarum, vt dicuntur, controversiam
incidit. Postquam enim, inter alios, Thomas Hobbius
(cccccc) speciose satis mixtam formam oppugnasset, Pu-
fendorfius etiam, qui istius philosophiam semper in de-
liciis habuit (dddddd) eandem operam haud infeliciter
est adgressus. Et quemadmodum mixtam Reipublicæ
formam, assumpto Seuerini de Monzambano nomine,
(eeeeee) false perstrinxisset explosissetque plus simplici-
vite in Cathedra Academica, (ffffff) similiter fieri non
potuit, quin eo, quo perpetuum Grotii commentato-

E rem

(zzzz) teste Pomponio L. 2. S. 18. ff. de O. J. (aaaaa) probante
Grotio, ex Liuto, Cicerone altisque L. 1. C. 3. S. 8. n. 12. add.
Illustr. quondam Sam. Stryckii præcognita Iuri. C. 1. S. 7. que
Commentario ad Inst. Per-Magnifici Joach. Hoppii, Prae-
Consulie Dantiscanorum maxime meriti, Domini mei ac Pa-
tronii sanctissime colendi, sunt annexa. (bbbbbb) L. 1. cap. 3.
S. 9. n. 1. & S. 17. n. 1. (cccccc) de Civ. c. VII. Art. 4. & pre-
ced. Cap. VI. Art. 6. sqq. (dddddd) prout ex prefat. ejusdem
Iurisprud. Vniuersal. & ex prefat. operis de J. N. & G. con-
stat. (eeeeee) in libro de Statu imperii Germanici, quem
alium a Pufendorfio olim putarunt eruditii, sed bode satis
evitum est conterarium. Confer historiam istius libri, in pre-
paratione ejusdem versioni Germanica prefixa, exhibitam.
(ffffff) quando differuit, de Rebus gestis Philippi Amynta
S. 3. sqq. & de Republica Irregulari. In qua ultima differ-
tatione

gram egit opere, dictam sententiam in eo notaret. Nam non tantum ille Respublicas mixtas, irregulares, male concinnatas ac morbias de nouo asseruit, sed Grotium quoque circa illas, vulgatum errasse errorem. (ggggg) Nec Pufendorfio in sua sententia, de irregularitate mixtarum Rerum publicarum, assēclæ defuere, inter quos, si præ reliquis Samuelem Rachelium (hhhhh) & Hertium numeraueris, (iiii) a vero vix aberrabis. Quanquam posterior cautelam suæ addat sententiae, ne irregularitas pro morbo habeatur. (kkkkk)

§. 44. Interim sunt haud pauci, qui pro Grotio possent allegari. Nominabo præter Lampadium, Conriagium & reliquos, specialius hac vice Beccelerum, (lllll) Kulpisium (mmmmm) & Vitriarium. (nnnnn) Quæ tria maxime laudabilis, vix dubitantem hac in materia, a se dimittet lectorem.

§. 45. Nec hac vice plane ~~accusat@~~ discedam.
vnicam

tatione librum suum de statu Imperii Germ. tanquam alieni auctoris scriptum defendit. (gggg) in Jure Nat. & Gent. Lib. VII. c. 4. §. 11. & 14. coll. cap. 5. §. 13. seq. (hhhhh) in Dissert. de Jure Gent. §. 121. & Introduct. ad Jus Publ. cap. vlt. aliisque scriptis. (lllll) in Elem. Prud. Civ. P. 1. S. 10. sqq. & Diff. de Specialibus Rom. Germ. Imperii Rebuspubl. earumque variis nominibus & figuris Scpt. II. §. 1. & 28. Tom. II. Opusc. pag. 100. & 140. seq. (kkkkk) in Not. ad Pufend. J. N. G. Lib. VII. c. 4. §. vlt. lit. e. (lllll) in Comment. ad l. c. Grot. (mmmmm) Diff. de Primitate Reipubl. in S. Rom. Imper. que est septima inter diss. Acad. conjunctim editas. & in Colleg. Grot. ad hoc. cap. Grot. lib. 9. (nnnnn) in Instit. Jur. N. & G. L. I. cap. 3. qv. 46. & in Instit. Jur. Publ. cum addit. Roberti.

Vnicum pro defensione Grotii moniturus, nam proutum, de forma Reipublicæ mixta, certamen subire, præsentis instituti ratio non exigit, imo vetat. Recensuit nempe simpliciter Grotius, quomodo fiat partitio summi imperii, in partes subjectivas & potentiales aditque; solere huic partitioni incommoda objici, sed nihil esse in ciuilibus, quod omni ex parte incommodis careat. Et hæc sunt, propter quæ errasse dicitur. Vult igitur Pufendorfius innuere: majora incommoda esse penes Rempublicam mixtam, quam alias formas. Verum regero, hoc adhuc esse demonstrandum: an ista majora incommoda necessario ex forma mixta fluant? vel, an fluant potius ex virtutis partium istius civitatis, in qua est forma mixta, dum forte optimates juribus sibi reseruatis abutuntur? Exempla specialia, quibus posterius posset affirmari, sponte omitto, quia tutius judico medium oceani tenere, quam ad littora, Syrtibus & scopulis periculosa, proprius accedere. Dices forte, irregulararem tamen esse Rempublicam mixtam, quia recedit a regulis Politicorum. Respondeo: concedendo irregularitatem hic aliquam esse, sed in mente Politicorum. Nam quis istos dominos constituit, vt integris populis regulas præscribant prohibeantque, ne justissimis pactis libertati suæ consulant ac quædam jura maiestatica sibi seruent.

§. 46. Dum pergit suis in libris de belli pacisque iure Grotius, ad clausulam quoque commissoriam jumentis regum adjici interdum solitam peruenit docet. que eadem ipsam maiestatem non minui, sed saltem habendi modum. (ooooo) Verum antagonistas &

hic varios nactus est. Bæclerus eum refutat (ppppp) qui adstipulatus Kulpisius; (qqqqq) imo & Vitriarius hic a Grotio dissentit. (rrrrr)

§. 47. Quicquid autem sit illarum objectionum, confido nihilominus, sententiam Grotianam solidissime esse defensam a Pufendorfio, (sssss) cuius rationibus album adjicit calculum Hertius. (ttttt) Immo exempla si perlustremus, adparebit, in juramento potentissimi Poloniarum regis clausulam talem repetiri. (vvvvv) Sed quis huic Majestatem denegare auderet?

§. 48. Denique Grotius Majestatem ex pacto deducens, (xxxxx) Zieglero (yyyyy) displicet, nec non Bæclero, (zzzzz) Osiandro, multis modis videtur peccasse, (aaaaaa) immo Henniges (bbbbbb) eidem ubique contradixit. Nec defunt alii summæ auctoritatis his assidentes: Jo. Frid. Reinhardus, (cccccc) Vitriarius, (dddddd) Mejerus (eeeeee) & Theologi fere omnes.

§. 49. Sed

(ppppp) Com. ad b. l. p. 250. sq. (qqqqq) Coll. Grot. ad hoc. cap. Grot. Exercit. II. lib. 10. (rrrrr) Instit. J. N. G. L. 1. Cap. 3. qu. 45. (sssss) l. c. L. VII. c. 6. §. 16. (ttttt) in Not. ad ad b. l. Pufend. lit. c. (vvvvv) conf. Harsknoch. de Republ. Polon. L. 2. cap. 2. §. 24. (xxxxx) Lib. 1. Cap. 4. §. 7. n. 30 (yyyyy) Not. ad Grot. p. 167. & p. 126. add. ejusdem Exercit. II. circa Regicid. Anglic. p. 53. sq. & de Jure Majest. Lib. 1. C. 1. §. 46. sq. (zzzzz) Com. ad b. l. Grot. p. 278. (aaaaaa) Obs. ad b. l. p. 408. sqq. p. 556. sqq. (bbbbbb) in Annos. ad Grot. l. c. p. 130. sqq. p. 162. sqq. (cccccc) Theatro Prad. Eleg. p. 1853. 31. (z) (dddddd) Instit. J. N. G. l. c. qu. 23. 29. (eeeeee) in Diff. de Majestate, quam Alberici Gentilis tribuit

§. 49. Sed error eorum, qui Grotium hic op-
pugnarunt, inde fluxit, quia isti inter Machiavelli &
Monarchomachorum dogmata medium non tenue-
runt, adeoque contra hos pugnando, illis proprius,
quam par erat, accesserunt. Interim Rerumpublica-
rum originem ac structuram intimius perspicientes, sen-
tentiam Grotianam solidis tuentur argumentis: Hob-
bius, (ffffff) Pufendorfius, (gggggg) Thomasius
(hhhhhh) & Kulpfius (iiiiii) Theologis, binos, qui in-
star omnium esse possunt, Theologos pariter ac Philo-
sophos incomparabiles opponimus, Samuelem Schel-
guigium (kkkkkk) & Buddeum, (llllll) idem cum Gro-
tio solidissime probantes.

§. 50. Ultimo loco paucis indicabo, quomodo;

E 3

& cir-

tribus discursibus regalibus Helmstad. Anno 1669, in 4to edit.
premisit.

(ffffff) de Clie cap. V. Art. 6. sqq. (gggggg) I. c. L. VII. c. 3.
§. 2. 3. Sc. (hhhhhh) Instit. Jurisprud. diss. L. 3; cap. 6.
§. 66. sqq. & in Not. (iiiiii) Coll. Grot. ad hoc. cap. Grot.
Exercit. II. tb. 5. (kkkkkk) Praeceptorem quondam meum
ac Patronum nunquam non venerandum, tam in Potestic.
MS. §. 55. p. m. 221 — 234. ubi solidissimis rationibus senien-
tia Grotiana stabilitas, quam in Theologico Colleg. MS. ad
Breniculi Scherzeriani Paragraphum 143. Observazione 14.
p. m. 509. sqq. ubi quatuor rationes ex sacris petita adferun-
tur. (III) in Phil. Pract. P. II. Cap. 4. S. 13. S. 4. 11. Sc.
in primis etiam in Diff. de Concord. Relig. Christ. statuisse
Civil. C. IV. §. 5. p. 105. sqq. Qua dum impugnata fuit, in-
ter alia, etiam hoc ex capite, se male defendit auctor,
in Disquisit. Theolog. de Moderamine inculpat. rurel. & qui-
dem in Not. subject. p. 11. — 14. Nec non alii ejusdem par-
tes defenderunt.

& circa ultima Grotii fata, quidam fuerint hallucinati. Paulus Petavius scribit, illum in Romanæ Ecclesiae gremio & quidem in pago Rostochium dicto, naturæ debitum perfoluisse. Deinde scriptor Gallus, Louis Auberus, Chevalier, Seigneur de Maurier, de postremo Grotii fato tradit a vero alienissima, (minimmmm) dum juxta recensionem Jac. Frid. Ludovici (nnnnnnn) narrat: durante Grotii morbo Clericum Pontificium, Lutheranos, Reformatos, Socinianos aliosque accuruisse; acerrime inter se disputasse, Grotium in sua dogmata traxisse, & quæ sunt reliqua. Verum hæc omnia fallere, historia illorum temporum apertissime fatetur. Ex hac etenim constat, Grotium non in pago, sed in Civitate, ~~inter amplissimas Saxonie Inferioris~~ hand postrema, Rostochium dicta, denatum ad beatorum sedes migrasse. Cum eundem, non accurrens, sed debite accessitus Magnificus quondam Joannes Quistorpius, hujus nominis primus, ac ~~ymois~~ Lutheranus Theologus, ad mortem beatam, & quidem sine ultra disputatione, cum quocunque, qua religionem dissentiente, præpatesset. (ooooo) Hæ primitæ de Grotio immerito vapulante speciminis loco sufficiant, uberiorem suppeditabit messem tractatus hac de materia edendus.

Jehovah Auxiliante!

(minimmmm) in lib. cui tit. Mémoires pour servir à l' Historie d' Hollande & des autres Provinces unies. (nnnnnn) in Delin. Hist. Jur. Diu. §. 32. (ooooooo) cito quam Historiam

riam consule Magnif. Zach. Grapii Rostochium Evangelicum.
Cap. VII. §. Xp. 177. sqq. in primis etiam ipsam B. Quistorpii ad
Vossium de presenti negocio epistolam, quam in Freberi Theatr.
Vir clar. p. 1104. & in Osiandri prolegomenis Observationum ad
Grot. J. B. & P. p. 29. sq. leges. Nec ab his dissentit dis-
sertatio epistolica de Meritis Quistoriorum p. 8. seq. quam Ve-
nerabili Rostochiensium Theologo, Joanni Nicolao Quistorpio,
Tertio, Patrono meo honorifice estimando nuper inscripta
Vir praeclarissimus M. Michael Lilienthal. Qui moderni
Dn. Quistorpii tunc domesticus ejusdemque rerum optime
guardus, illam Quistorpii primi disceptationem, qua tot ho-
stium victor extitisset, omnino inter preclare merita recen-
suisset, sed alatum ibi hac dera est silentium.

